

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XV. Explicatur excommunicatione 14. adersus eos, qui causas à iudicibus
Ecclesiasticis auocant, vel earum cursum executionemque litterarum
Apostolicarum impediunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

tem præsumptuè procedere, id est animo iniusto impendi dicitur accellum, seu recursus, litterarum imperatio nem, illarumve vsum. Ut notat alius relatis Sayrus lib. 3, cap. 17, in fine. Duard. lib. 2, can. 13, quæst. 9, num. 17. Alterius lib. 5, disp. 14, cap. 3, ad finem. Bonac. disp. 1, q. 14, p. 3, num. 2. Non est autem censurus Episcopus impedita litterarum Apostolicarum vsum, ex eo quod velit cognoscere, an vera sunt, vel subreptitia; maxime cum aliqua subest surreptionis suspicione, qua stante optimè denegare executionem potest quoque Pontifex informatus, & de veritate constet; quia tunc non malitiosè; & iniuste sed potius licet, & iuste impedit litterarum vsum. Sicut docet Reginald. lib. 9.

P V N C T V M . X V .

Explicatur excommunicatio decima quarta, aduersus eos qui causas à Iudicibus Ecclesiasticis auocant, vel earum cursum, executionemque litterarum Apostolicarum impediunt.

- 1 Refertur Textus,
- 2 Alijs in iuriis similis excommunicatio lata est.
- 3 Quæ persona hac excommunicatione comprehendantur.
- 4 Quæ sunt actiones, ob quæ hac excommunicatio iniungitur?
- 5 Haæ actiones prestante sunt autoritate publica, ut huic excommunicationi locus sit.
- 6 Item debent fieri à potestate laica, tametsi contrarium satis sit probabile.
- 7 Non est opus; ut hæ actiones prestantur praetextu exemptionum, vel aliarum gratiarum Sedis Apostolice, tametsi contrarium grates Doctores sentiant.
- 8 Debet esse auocatio cauſarum pendentium coram Iudice Apostolico, et si contrarium sit probabile.
- 9 Expenduntur caue, que ab hac excommunicatione excusare possunt.
- 10 Quid specialiter dicendum est in casu violentie?

Decimoquarto excommunicat Pontifex, & anathematizat omnes, & singulos qui per se, vel alios auctoritate propriæ, ad factò quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum praetextu beneficiæ & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus & Commissariis nostris, aliisque Iudicibus Ecclesiasticis auocant, illorūque cursum, & audiencem, ac personas, Capitula, Conventus. Collegia cauſas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt. Quæ partes actrices, que illas committi fecerunt citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentendium eos contra quos tales prohibitions emanarunt a censuris, & penit in illis contentis absolvi per statutum, vel alias compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum, & decretorum praedictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut consilium præstat, etiam prætextu violencia prohibenda, vel aliarum prætextorum. seu etiam donec ipsi ad nos informantos (vt dicunt) supplicarent, aut supplicari fecerint, nisi supplications huiusmodi coram nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam ista committentes fuerint Praesidentes Cancelleriarum, Confiliorum, Parliamentorum, Cancellerij, Vicecancellerij, Confiliarij ordinarij, vel extraordinariorum quorumcunque Principum secularium, etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commandarij, seu Vicarij fuerint.

Similis excommunicatio lata est in cap. quoniam de immunitate Ecclesie lib. 6, aduersus eos qui in caufis ad forum Ecclesiasticum spectantibus impediunt directè, vel indirectè per se, vel per alios, ne litteræ Apostolice impetrarent, neve litigent coram Iudice Ecclesiastico ordinario, vel delegato, comprehenditque dantes consilium, auxilium, vel fauorem: à qua excommunicatione absolvi nequeunt quouique Iudici Ecclesiastico, & parti laicæ satisfactionem praefixerint. In cap. quicunque de sententia excommunicat. eodem lib. 6, fertur excommunicatio aduersus offendentes, vel offendendi licentiam concedentes eos qui sententiam excommunicationis, vel suspensionis tolerant, seu quorum occasione haæ censuræ latæ sunt, sue offendente in personis, sue in bonis. In cap. vero unico de his quæ vi, metu, ve causa sunt, lib. 6, fertur excommunicatio aduersus ab solutionem excommunicationis, suspensionis, & interdicti à iudicibus excommunicatos. Haæ omnes excommunications in defensionem auctoritatis Ecclesiastice, & maximè Sedis Apostolice latæ sunt, id est delinqüens sacrilegium commitit. Vt ex

communi sententia docet Sayrus lib. 3, thesauri, c. 18, n. 1. Bonac. disp. 1, de cenf. q. 1, p. 1, n. 1, & 2, 5.

Personæ aduersus quas haæ excommunicatio Bullæ fertur sunt omnes, & singuli qui propria auctoritate, & de facto actiones ibidem prohibitas exercerint, vel ad eas exercendas auxilium, consilium vel fauorem praefixerint, etiam tamen committentes fuerint Praesidentes Cancelleriarum, Confiliorum, Parliamentorum, Cancellerij, Vicecancellerij, Confiliarij Ordinarij, vel Extraordinarij quorumcunque Principum secularium, etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commandarij, seu Vicarij fuerint. Notanda sunt verba propria auctoritate, & de facto. Nam si ex concessione iuris, vel summi Pontificis concessione haæ praefitur excommunicatione celat.

Actiones vero ob quas haæ excommunicatio iniungitur varia sunt. Prima est auocare propriæ auctoritatè, & de factè quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum praetextu causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commissariis Sedis Apostolicae, aliquippe Iudicibus Ecclesiasticis. Cenfetur quis causas ab alii iudicibus auocare, si apud ipsos pendentes ad se trahi faciat, tum citando partes ut coram se comparent, cauſamque prosequantur, tum inhibendo judices, coram quibus cauſa agitantur, ne viterbius procedant, tum inhibendo partes, ne ibidem amplius ligent, ut colliguntur capi. Et nostrum de appellatis. Secunda, impedita eadem cum cauſarum cursum, & audiencem, ac personas, Capitula, Conventus, Collegia cauſas ipsas prosequi volentes. At Alterio lib. 5, disp. 1, q. 2, post initium, & Bonac. disp. 1, quæst. 1, p. 1, n. 1, numero 14, placet & fatis probabilitè non incurrit hanc censuram, ex eo rançù quod auctoritatè impedita cauſarum spiritualium cursum, & audiencem, ac ipsas personas, Capitula, & collegia cauſas prosequi volentes, nisi simul te interponas tanquam Iudicem in prædictarum cauſarum cognitione, quia Pontifex virtut illa particula ac, qua coniunctiva est, & similitudine cum precedenti requirit. Sed contrarium mihi videtur dicendum ex solo impedimento auctoritatè posito cursu, & audiencem prædictarum cauſarum, quin te in illarum cognitione tanquam Iudicem interponere incurreteret, quia esto illa particula ac coniunctiva subsequenter cum præcedenti, non inde infertur vitramque actionem apponendam esse ad hanc excommunicationem incurrandam, sed ob quamlibet illarum incurri; quia illa particula ac, eti conjugat actionem subsequenter cum præcedenti, non illam coniungit ut necessario præcedenti anno cendam, sed qd eadem excommunicatione ac præcedens afficit, ita vt leitus sit qui impedit cursum, & audiencem cauſarum excommunicatione innodatur, ac etiam qui de illarum cognitione tanquam Iudicem te interponit. Sicut eadem particula ac ipsius fuerit Pontifex loquens de impedita cauſa cursum, & audiencem, & de impidente personas, cum tamen quodlibet ex his impedimentis sufficiat ad censuram incurrandam. Tertia actio in hoc canone prohibita est in cognitione cauſarum spiritualium se tanquam Iudicem interponere. Et licet hæ actio in subsequentibus Canonibus Bullæ videatur prohibita, latius tamen prohibetur quan in presenti, nam ibi quodlibet cauſarum spiritualium cognitione prohibetur laicis, in praesenti autem solius prohibetur cognitione cauſarum, quæ a Iudicibus Apostolicis auocantur, & quantum cursum Iudicibus Apostolicis impedita est. Quarta actio compellere partes actrices, que committi fecerunt huiusmodi cauſas ad reuocandum, vel reuocari faciendum orationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas. Quinta compellere per statutum, vel alias easdem in partes ad faciendum, vel contentendum eos contra quos tales prohibitions emanarunt a censuris, & penit in illis contentis absolvi. Notandum est verbum compellere quod vim, seu violentiam significat, & involuntarium latem mixtum inducit. Cap. quæst. 6, de foro competent. Sexta impedita quomodolibet executionem litterarum Apostolicarum, executorialium, processuum, & decretorum praedictorum. Septima que his actionibus accessoria est praestare consilium, auxilium, vel fauorem ad aliquam ex prædictis actionibus patrannam. Ob has igitur actiones, & quamlibet illarum, sue per se, sive per alios fiat excommunicatio iniungitur. A qua nullo modo exculcat (inquit Pontifex) Prætextus violentia prohibenda, nesciatur prætextum, exemptionum, & gratiarum, litterarum Apostolicarum, seu futurarum supplicationum ad sedem Apostolicam, nisi supplications huiusmodi legitimè prosequantur.

Vt autem haæ pleniùs innoteant, plures difficultates endondæ sunt. Prima est, An auocare caufas, impedita caufum, prohibere litterarum Apostolicarum executionem, compellere partes actrices ad faciendum, vel contentendum absoluere eos contra quos tales prohibitions emanarunt, auctoritate publica præstandum sit, ut huic censuræ locus

Locus deuri: Ratio difficultatis est; quia Pontifex absoluere has actiones prohibet, nec exprimit, an autoritate publica, an prima præfari debant. Ergo quo modo cuncte præstentur censendae sunt sub hac excommunicatione comprehendendi. Nihilominus communis sententia que verissima est, censet has actiones solum prohibitas esse sub excommunicatione, cum ex munere, & officio publico sint. Sic tanquam certum docuit *Sayras lib. 3. thesauri, cap. 18. num. 5. ad finem. Suar. disp. 1. sect. 2. num. 75. Reginald. lib. 9. cap. 22. num. 33.* Duard. in *præfensi lib. 2. cap. 14. quæst. 3. n. 1. Bonac. alios reieciens t. 3. de censur. in partie. disp. 1. quæst. 1. 5. pun. 1. num. 4. & 15. Nam licet Pontifex expressis verbis non declarauerit has actions autoritate publica praestandas esse, id fatus insinuavit tenore actionum prohibitarum; prohibet enim auocati onem causarum prætextu exemptionum, gratiarum, & literarum apostolicarum; auocatio autem cauaria, & maximè prætextu priuilegioum non à primatis personis, sed à publicis suis, cum hæc priuilegia, & exemptions non priuatis personis, sed publicis concedantur. Quibus vero prohibetur earundem cauaria cursum, & audienciam impediens, ut constat ex illa dictio coniunctiva *illorūque cursum, & ex ipsi verborum contextu.* Item prohibet se de illa cognitione tanquam iudices interponere, quod non priuatis, sed publicis personis competit. Et licet copellere partes actrices ad faciendum, vel consentiendum abfolui eos contra quos inhibitiones, seu canticiones factæ sunt, præstari à persona priuata possint; artanam hac excommunicatione sola compulso authoritate publica facta punitur. Vt aduersus Hugolinum, & Fillium tradit Bonac. *disp. pun. 1. num. 19.* quia punitur compulso facta ab his personis, qua statutum condere possunt, ut constat ex illis verbis. *Per statutum, aut alias compellunt;* statim autem factio soli personæ publicæ competit. Neque obest adiuvium aliis, id enim indicat aliter quam per statutum compellere personam publicam posse, scilicet vi illata, priuatione bonorum, cœlestione è ciuitatibus, & regno.*

Secunda difficultas: An prædictæ actiones, auocatio his, impeditious, compulsionis præstante sint à potestate laica, an fatus sint si præstentur à potestate Ecclesiastica, scilicet Episcopo, vel Archepiscopo comparatione Iudicis Apostolici. Prima sententia è fatus probabilis docet qualibet authoritate sicut sub hac excommunicatione comprehendendi. Sic tradit *Filius tract. 16. cap. 10. q. 2. n. 253.* Reginald. *lib. 9. cap. 22. num. 33.* Et probabile reputat *Sayras lib. 3. cap. 18. num. 5.* Ducuntur, quia hæc censura lata est in defensionem authoritatis Sedis Apostolicae; sicutidem sola auocationes facta Auditoribus, Commissariis Sedis Apostolicae, aliusque Iudicibus Ecclesiasticis subintelligitur eiudem Sedis hac censurā punitur.

Alii haec auocatores, impeditious, & compulsiones præstante possunt absque ullo titulo non solum laici, sed etiam Ecclesiastici, tum authoritate laica, tum Ecclesiastica. Ergo sub hac excommunicatione comprehendenduntur, cum authoritas Sedis Apostolicae vtroque modo labefactetur.

Sed rectius contrarium docuit *Nauarr. cap. 27. num. 70.* *Sebastianus Medicis in sum. tit. 9. quæst. 78. num. 18. Sayras disp. 18. num. 5. Suar. disp. 2. sect. 2. num. 76. Alterius lib. 5. disp. 1. 5. cap. 1. Duard. lib. 2. can. 14. quæst. 4. num. 1. conclus. 1. Bonac. disp. 1. de censur. 1. pun. 1. num. 6.* I omnes existimant necessariò authoritate laica præstantibus esse dictæ actiones sive præstentur a laico, sive ab Ecclesiastico. Moneor, quia auocationes, impeditious, & compulsiones facta ab Ecclesiastico Iudice ex potestate Ecclesiastica, etiæ aliqualiter offendatur Sedes Apostolica auocando, vel impediendo eius in iudicationem contra iuris ordinem. At litteras Ecclesiasticas non offenduntur, Pontifex autem videtur hunc canonem, sicut & sequentes in defensionem immunitatis Ecclesiasticæ statuerit, ergo non comprehendit auocationem, impeditious, & compulsionem à iudice Ecclesiastico quacunquæ talis est, factas. Et contra verò si index Ecclesiasticus ex potestate laica, qua fungitur causa iudicium Apostolicorum auocet, eamcum cursum impedit ab eo dubio hac excommunicatione ligabitur, quia non est Ecclesiastici, sed laici personam gerit, & quatenus laicus operatur, idèoque libertatem Ecclesiasticam offendit. Quod satis colligitur ex ipso Texu vbi inter personas quæ haec censura affici possunt enumerantur Archepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendarij &c. utpote qui gaudent possunt potestate laica, & hac potestate videntur libertatem Ecclesiasticam.

Tertia difficultas: An prædictæ actiones non solum præstante, sive à potestate laica, sed etiam prætextu exemptionum, gratiarum, aliorumque priuilegiorum Sedis Apostolicae affirmat *Suar. disp. 2. 1. sect. 2. num. 75.* in cuius sententiam inclinat Bonac. *disp. 1. de censur. q. 1. 5. pun. 1. num. 6.* Dicuntur, quia sub eadem continuata oratione proponitur afficiendis esse excommunicatione auocantes causas spirituales authoritate propria, ac de facto quarumcunque exem-

ptionum, & literarum Apostolicarum prætextu. Ergo hæc censura ligandus necessariò duci debet prætextu priuilegiorum Sedis Apostolicae. Neque huius intentioni obicit, quod authoritate propria, & de facto ducatur. Nam cùm hæc exemptiones nullius momenti sint; utpote falso conficta, vel præsenti Bullâ reuocare illarum prætextu ductus authoritate propria ducitur. Nihilominus vetius reputo opus non esse ad contrahendam hanc censuram, ut actiones predictæ prætextu exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum sint. Sicut docuit *Reginald. lib. 9. præxi. cap. 22. num. 336.* Alterius *lib. 5. disp. 1. 5. 1. vers. quarumcunque exemptionum.* Duard. *lib. 2. can. 14. q. 3. num. 2.* Moneor, quia Texus à prædicta excommunicatione eximit illum tanquam qui predictas actiones operatur animo expatio supplicandi. Sedem Apostolicam, & supplicationem coram ipsa prosequendo. Ergo quo unquam alio titulo, & fine prædictæ actiones sint; ab hac censura non excusat; quia excepto firmat regulam in contrarium. Item haec censura innodatur qui prætextu vi intentio prohibenda prædictas actiones praefat. Vt notatur in dicto *Can.* Ergo necessarium non est fieri prætextu exemptionum, gratiarum, seu priuilegiorum sedis Apostolicae.

Quarta difficultas: An causa auocandi pendere debeant coram Iudice Apostolico, vel satius si quod à quolibet Iudice Ecclesiastico authoritate laica auocentur, & impedianter? *Hilliarius tract. 1. 6. c. 10. q. 1. n. 2. 50.* Anton. de Sousa in *præsenz.* c. 1. 5. n. 1. Duardus *canon. 1. 4. q. 7. num. 1.* affirmant fatus esse à quolibet Iudice Ecclesiastico causas auocari, & impediri. Mouentur, quia Pontifex generaliter censura punit eos qui ab Auditoribus, & commissariis Sedis Apostolicae, aliusque Iudicibus Ecclesiasticis causantur. Si igitur vellet solam auocationem à Iudicibus Apostolicis paucis non viceretur illi: s verbis generalibus, aliusque Iudicibus Ecclesiasticis sed diceret, aliusque Iudicibus Apostolicis.

Ceterum vetius est præsenti Canone solam auocationem, & impeditio nem cauiarum pendentium coram Iudice Apostolico comprehendit. Vt fuit sententia Hugolini in *præsenz.* §. 1. num. 1. vers. *Terio in excommunicationem.* Alterius *lib. 5. disp. 1. 5. capite 1. vers. sed postulab.* Moneor, quia etio illa particula aliud aliquando non sit repetitum similum, ut constat ex illo *Mart. 2. 8. & Marc. 1. 5.* vbi de Christo Salvatore nostro inquit: *& cum eo crucifixi sunt alij duo labores.* Et ex *c. Nonnianos. 7. 9. 1.* ibi: *alios plendrophtetas.* Et tradit *Glosa in leg. non solum. §. quæretur ff. de procuratoriis. & cap. sedes, verbo maiores de Rescriptis.* vbi: *Immolata num. 1. t. Felini num. 1.* id tamē contingit, quando ratio subiectæ materiæ id suadet, ut bene Immolata, & Felini, *suprà.* Attamen in præsenti subiecta materia hanc dissimilitudinem non suadet, sed potius Texu maxime congruit, ut ea qualitas, que in Auditoribus, & commissariis Sedis Apostolicae subintelligatur in Iudicibus Ecclesiasticis. Tum quia regulariter dictio *alijs* reperit precedentem qualitatem, cuius est persona expresa, ut constat ex *leg. s. fugitiu.* ibi, *alia pena Cod. de servis fugi- ius. iurita Glosa,* leg. quidam relegans, ff. de Rebus dubiis. Et tradit *Menochi. lib. 1. de arbitri. a. 80. num. 1. 22.* *Gutierrez. de in- ram. 1. p. cap. 1. 4. num. 1. 3.* *August. Barbofa. de dictio. lib. dict. 17.* Alius num. 1. *Sanchez. lib. 3. c. m. atr. off. 10. num. 2.* *Tusculus. t. 2. conclus. 2. 4.5.* & alij apud ipsos. Tum quia huiusmodi Canon, nisi expeditus sit in favorem liberatius Ecclesiasticæ, non tamē protegit omnes Iudices Ecclesiasticos, sed solum Apostolicos, ino nec ipsos Iudices Apostolicos ab omnibus actionibus, quibus eorum immunitas laedi possit, sed ab aliquibus eorum immunitas laedi potest, sed ab aliquibus tantum. Alijs si huiusmodi Canon quorumcunque Iudicium cauiarum auocationem, & impeditio nem puniret superfluous esset, utpote indistinctus à subsequentibus, in quibus generaliter de qualibet iniuria auocatione, & impeditione Ecclesiastice iutis Elionis per potestem laicam sermo est. Neque obest quod Pontifex expressius suam intentionem declarare poterat, dicens; *A Iudicibus Apostolicis.* Satis enim eam exceptio illa dictio *alijs*, utpote qualitatem antecedentis in subsequenti adesse denotat; nisi subiecta materia contrarium suadeat, ut probatum est.

Prædicta procedunt, cum Iudex Apostolicus causas spirituales, vel spiritualibus annexas iudicat, quæ autem hæc sine tract. 12. de relig. latè definitum est.

superest ergo solum in prædicti examineare; An aliquod dentur excusationes, ob quas Iudex laicaris absque culpa, & excommunicatione pena auocare possit causas à Iudicibus Ecclesiasticis, causumque cui sum, & audienciam impeditur. De qua materia in *codem tract. acutum elypti* etiæ *decim. punct. 6. num. 13. & vniq. 7. in fine.* ob negligientiam Iudicis Ecclesiastici non posse Iudicem secularem se intronizare; tamē causæ essent mixti fori, quia nequit Iudex secularis cognoscere de negligientia à Iudice Ecclesiastico commissa, quod necessarium est, ut cauia à Iudice Ecclesiastico suscipiat posset auocate. Item in *codem tract. punct. 1. 2. resolutio- mus*

mus titulo consuetudinis non posse saceralem Iudicem causas Ecclesiasticas agud Iudicem Ecclesiasticum pendentis auocare, earumque cursum impedit. Tum quia nequit ab inhabili, & incapaci confutudo introduci. Tum quia haec confutudo in hac bulla expresa revocatur, & reprobatur. Ob titulum autem violentia prohibenda eodem puncto in fine, affirmauimus hanc iurisdictionem laico competere non posse, quod manifestum est, cum de violentia non constat, & per Iudices Ecclesiasticos proueniri potest, ut plerunque contingit. Quippe Iudices sacerulares ob solam violentiam à parte propositam causas Iudicem Ecclesiasticorum auocant, & informatione summarient, processumque recognoscunt. Non igitur supponit notoriam violentiam, sed ob dubiam, & incertam tantum praedictos actus exercentes, indicunt ergo in hanc excommunicationem, nisi priuilegium habeant.

10. Quod si in aliquo cauſa violentia manifesta esset, & notoriæ neque alia via quam sacerularis Iudicis opere impediti posset, adhuc plures, quos refert & sequitur Bonac. *disput. 1. q. 15. punct. 4. §. 4.* existimant non esse datum Iudici sacerulari causas Ecclesiasticas ad se auocare, & earum cursum impedit. Tum quia necessitas non concedit iurisdictionem alias inhabili, & incapaci. Tum quia innocentem nemini licet defendere cum gravi praediicio Reipublicæ, bonique communis, & postea hac defensione Ecclesiastica immunitas lœdatur, & iurisdictione Ecclesiastica diminuitur. Non igitur cum hoc gravi damno ea defensio licita esse potest. Nihilominus in hoc cauſa licitum est sacerulari Iudici cursum cauſa apud Iudicem Ecclesiasticum impedit, quoisque Pontifex informatur, tradunt lare Couarruu. *præc. cap. 34. ¶ 35.* Zevallos tract. de cognit. per viam violentia, quia ea violentia posita Iudex sacerularis non impedit cursum cause apud Iudicem Ecclesiasticum agitare ob iurisdictionem quam habeat in Ecclesiastico Iudicem, sed ob iurisdictionem sibi à natura concessam defendendi innocentem, que potestas tum priuatis personis, tum maximè publicis concessa est. Neque ob hanc defensionem Ecclesiastica iurisdictione, & immunitas lœdatur, quia non impeditur Ecclesiastici Iudices à iudicio ferendo iuxta iuris ordinem in illa cauſa, sed solum impediuntur iniuriari inferre. At nulli iudici, & maximè Ecclesiastico data est potestas iniuriandi, cum sit potestas à Deo non in destructionem, sed in adiunctionem concessa. Ergo impeditur notoriam violentiam libertatem, iurisdictionemque Ecclesiasticanam non lœdit. Item Pontifex immunitum reddit ab hac excommunicatione qui causas spirituales auocat, earumque cursum impedit supplicatione interposita ad Seden Apostolicam, si postmodum cauſam legitimè prosequantur. Sed in hac auocatione, & impeditione cauſarum sacerularium Iudex non iurisdictionem in Ecclesiasticas personas exercet, sed iurisdictionem oneri à natura concessam defendendi innocentem. Ergo stare optimè potest auocatio cauſarum Ecclesiasticarum, & earum cursus impeditio, quin iurisdictione in Ecclesiasticas personas exerceatur. Addit. Pontificis cum cauſas recesserit, quas Iudex sacerularis auocare causas Ecclesiasticas iniuste soleat, virut verbo *prætextu*, quod fictionem, non veritatem significat. Inquit enim : *Excommunicamus eos qui prætextu exemptionum, gratiarum, & aliorum priuilegiorum, &c. quasi dicaret, qui titulo exemptionis, gratia, & priuilegi similitati, nam si verum est, cessat prætextus.* At codicil verbo *prætextu* virut, cum de violencia prohibenda sermonem facit. Ergo non de vera violentia, sed ficta, & simulata in intelligi debet. Ergo stante violentia vera, & manifesta, quæ alia via nequit impeditri sub hac censura non continetur.

P V N C T V M X VI.

Expenditur decimaquinta excommunicatione contra trahentes, vel procurantes trahi personas Ecclesiasticas ad sacerdale tribunal; & contra condentes statuta libertati Ecclesiasticae præiudicantia, cùsque videntes.

3. Refertur *Textus*.
2. Aliis in iuriibus similis excommunicatione continetur.
3. Excommunicantur Iudices, qui ex officio, seu alicuius instantia personas Ecclesiasticas ad suum tribunal trahunt.
4. Item excommunicantur facientes, & publicantes statuta Ecclesiasticae præiudicantia.
5. Quo persona, hac excommunicatione comprehendantur.
6. Quas actiones præstare debeant, ut in hac excommunicationem incurram.
7. Item excommunicantur videntes prædictis statutis.
8. Huiusmodi videntes debet esse à persona publica.
9. Quae sunt statuta libertati Ecclesiastica opposita.

Decimoquinto excommunicat Pontifex eos, qui ex presbiterio corum officio, vel ad instantiam partis, aut allorum quorumcunque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcunque coram se ad suum tribunal, audiendam, cancellariam, consilium, vel parliamentum præter iuris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant direcione, vel indirecione quovis quæsto colore. Neconon qui statuta ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quævis alia decreta in genere, velin specie ex quavis causa, & quovis quæsto colore, ac etiam prætextu cuiusvis consuetudinis, aut priuilegi, vel alia modolibet fecerint, ordinaverint, vel publicauerint, vel facient, & ordinatis vii fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo lœdatur, vel deprimitur, aut alia quovis modo restringitur, seu nostris, & dictæ Sedis, ac quacumque Ecclesiarum iuriibus quomodolibet direcione, vel indirecione, tamen expresa preiudicatur.

Hæc excommunicatio, que cum præcedenti, & subsequentiibus connectitur duas partes continet. Prima affectat habentes, vel procurantes trahi ad sacerdale tribunal Ecclesiasticas personas præter iuris ordinem. Secunda fertur aduersus condenates statuta, ordinationes, & quælibet alia decreta, quibus Ecclesiastica libertas lœdatur, seu diminuitur, & contra eis videntes, & cum titulo præiudicantes iuriibus Sedis Apostolicae, & quarumcunque aliarum Ecclesiarum. De hac secunda parte extat latior excommunicationis in iure, tamen non reseruata in cap. *noverit. de sententia excommunicati*, ibi enim ultra personas assignatas in Bulla, comprehenduntur qui leges, & statuta facta ante decretum illud libertatem Ecclesiasticam tradidit, & scripta non annoverant, & de libris suis publicis eradi non fecerint, eaque feruari conati fuerint. Deinde qui prætextu consuetudinis derogantibz libertatem Ecclesiasticam ea statuta fecerint obseruari. Cum tamen in Bulla solum excommunicantur qui libertatem Ecclesiasticam contraria faciunt, vel obseruant, seu eis videntur. Illud vero est indubitate excommunicationis Bullæ, & quæ fertur in cap. *noverit* impositam esse defensionem libertatis Ecclesiastice, ac proinde ob peccatum sacrilegii.

In priori parte canonis ij tantum excommunicantur qui ex officio, seu ob alicuius instantiam personas Ecclesiasticas ad suum tribunal trahunt, vel trahi procurant præter iuris canonici dispositionem. Hi qui trahunt sue sunt Lici, seu Ecclesiastici afficiuntur hac censuia, modo non ut Ecclesiastici, sed ut sacerulares, & potestate sacerulari gaudentes Ecclesiasticas personas trahant. Parum enim refert quis sit qui trahit, sed quia potestate trahit. Hæc enim excommunicatione vptotè præcedenti annexa fertur aduersus lœdentes Ecclesiasticam iurisdictionem vi potestatis Laicæ. Vit tradit. Caet. verbo *Excommunicatione, c. 20. verb. vbi nota. Hugo. in presenti. §. 1. ad finem. Duardus in hunc canon. questione, num. 6. Bonac. disputat. 1. de censur. quæst. 16. sed. 1. par. 1. num. 3.*

Lœdunt dictam libertatem trahendo, seu trahi faciendo, seu procurando cum effectu personas Ecclesiasticas ad suum tribunal sacerdale. Quod tuus contingit quando nolentem & inuoluntariam saltem mixte adducant, scilicet docet Suan. *disputat. 21. sed. 2. num. 78. Bonac. par. 5. num. 5. Sayrus lib. 3. cap. 19. num. 6.* Quam adductionem quoque modo præsentat hac excommunicatione afficiuntur, sive cum præsentat ex officio præfato, hoc est nemine perente, sed ipsis iudicibus id sibi ex officio competere, sive ad instantiam partis, vel alterius cuiuscumque, quia sic caueat in dicto Casu. Quinimò non est opus, ut directe personas Ecclesiasticas ad sacerdale tribunal trahatur, sufficit si indirecione cogatur ibidem comparere, vti contingit si eius consanguinei, vel intimi amici grauerit vexentur ea intentione, vt persona Ecclesiastica ad sacerdale tribunal accedit. Ut bene Suan. *disputat. 2. numero 78. Filiius tractat. 16. cap. 10. questione, 6. numero 261. Hugo. in presenti. §. 1. numero 1. Duard. quæst. 12. num. 1. Bonac. dis. 1. quæst. 16. sett. 1. par. 4. num. 6.*

Notandum est hanc adductionem personarum Ecclesiasticarum faciendum esse à Iudicibus quatenus Iudices sunt ut constat ex illis verbis, *ad suum tribunal*. Quare personæ que tribunal non habent, tametsi ad sacerdale tribunal personas Ecclesiasticas adducant, hoc Canone non comprehenduntur. Neque item comprehenduntur qui esto tribunal habent, non ad ipsum, sed ad aliud personas Ecclesiasticas trahunt, quia in his non verificatur ad suum tribunal personas Ecclesiasticas trahere, quæ est actio præsentis canonice prohibita.

Nomine Ecclesiasticarum personarum intelliguntur qui sibi priuilegio gaudent. Qui autem hi sint latè explicatum est. *12. de immunitate Ecclesiast. personar. p. 2.*

Prædictis apposita est limitatio, nihil ex dispositione Canonici iuris ea adiunctione concedatur: sunt etenim plures casus, in quibus Ecclesiasticas personas possunt sacerulares indicare.